

**DOMINE NON SUM DIGNUS  
IN S. COMMUN.**

Vd.: *Communio* (Qua lingua etc.)

**DOMINE PRAEVENISTI etc.**

Vd.: *Martyr.* (resp.)

**DOMINICA.**

**1) Prima Adventus.**

Vd.: *Dominicae Adventus.*

Dominica I. Adventus non patitur festum Patroni princip.; Vd.: *Patronus principalis* (transl. decr. 4596); *Patronus paroch.* (transl. Solemnitatis; decr. n. 4910); *Titularis* (fest. celebr.; decr. n. 2362); *Translatio festi 2. cl. in dom. privileg.*

**2) In Albis.**

Vd.: *Annuntiatio B. V. M.*; *Dedicatio Eccles. et dies incerta*; *Curnam dicitur Dominica in albis?* vd.: *SS. Trinitas*, (vesp. decr. n. 4604 nota.)

**3) Commemoratio.**

Vd.: *Patronus Confrat.* (Festum, decr. n. 4507); *SS. Trinitas* (vesp. decr. n. 4604).

In dupl. 1. cl. semper fit commemor. Dominicae occurrentis, de qua etiam legitur homilia, ne omittatur, etiam in Sabbato impedito Officio 1. cl. si occurrat anticipari Officium dominicae. n. 4175 ad 6 die 4. Sept. 1745.

**4) Non fit commemor.**

Vd.: *Missa vot. priv.* (dies, decr. n. 4188); *Non fit comm. in missa vot. pro re gravi in Cathedr. celebrata*, vd.: *Bened. Monial.* (missa; decr. n. 2419).

**5) Homilia.**

Vd.: *Dominica* (commemor. n. 4175.)

**6) Infra octav. Corp. Christi.**

Vd.: *Lectio nona de Sanctis*; *Col. par. in missa dom. inf. oct.*

**7) Infra oct. Nativ. Dom.**

*Ad dubium*: An praetermitti possit Officium Dom. infra Oct. Nat. D. N. J. C., quacumque die de ea fieri contingat, ut reponi possit Officium ritus dupl. a propria sede translatum, addita vero IX. Lect. et commemor. ipsius Dom.?

Emi. et Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi . . . respondendum censuerunt:

„Negative et juxta Decretum in Brixien diei 27. Jan. 1778 solum quando in Sabb. occurrit dies XXX. Dec., ac proinde fieri deberet de VI. die infr. Oct., reponi potest Offic. dupl. translatum, altam non exclusis commemor. quatuor Octavarum“.

Atque ita rescripserunt ac servari mandarunt die 24. Sept. 1842. n. 4947 ad 2.

Vd.: *S. Thom. Cantuar.* (decr. de die 1. Mart. 1681.)

**8) Est fest. novem lect.**

Sub nomine festi 9 ll. venit etiam Dominica. S. R. C. 12. Mart. 1618.

**9) Licentia laborandi.**

Concessionem licentiae laborandi diebus festis urgente necessitate, quando ad Episcopum recursus haberi nequit, ad Vicarium foraneum spectare. n. 2869 ad 6 die 26. Novb. 1678.

Vd.: *Vacatio ab operibus.*

**10) Palmarum.**

*De distributione palmar. et Celebrante*, vd. *Purificatio B. V. M.*; *Cineres.*; *Benedictio palm.*

*Dominica Palmarum non patitur Solemnitat. festi Patroni vel Titul. princip.*; vd.: *Patronus paroch.* (transl. Solemnit. etc. decr. n. 4910); *Titularis* (festum celebr.; decr. n. 2362); *Translatio festi 2. cl. in dom. pri-*

*villeg.*; *Episcop. ass. miss. sol.* (Evang. non legit); *Passio.*

**11) Passionis.**

Excludit octavam, vd.: *Octava* (cessat. decr. n. 4044).

**12) Prima post Pentecosten.**

Vd.: *SS. Trinitas* (vesp. decr. n. 4604).

**13) Prima Quadragesimae.**

*Non patitur Solemnitatem festi Patroni principalis*; vd.: *Patron. paroch.* (transl. Solemnitatis etc. decr. n. 4910.); *SS. Trinitas* (vesp. decr. n. 4604.); *Titularis* (festum celebr.; decr. n. 2362); *Transl. festi 2. cl. in dom. privileg.*

**14) Prima Septembris.**

LIMBURGEN.

Quum Rmus. Ep. Herinensis Vicarius Apost. Vicariatus Limburg. S. R. C. humillimis precibus rogarit, ut declarare dignaretur Dubium, quod hisce terminis conceptum proposuit, nimirum: utrum Dom. I. Sept. sit eadem pro Festo S. Angelorum Cust., ac pro historia de Scriptura occur., quando nempe Kalendas Sept. antecedit?

S. eadem C. in Ordinariis Comitibus ad Quirinale subsignata die coadunata ad relationem infrascripti Secretarii respondendum censuit:

„Eam esse, quae incidit Kalendis Sept., vel post eam diem“ die 24. Sept. 1842 n. 4948.

**15) Privilegiata.**

Vd.: *Patronus civit.* (decret. pro civitate Brixien.); *Excludit octavam*, vd.: *Octava* (cessat.; decr. n. 4044); *Excludit festa 2. cl.*, vd.: *Transl. festi 2. cl. in dom. privil. cadentis.*; *Titularis* (fest. celebr.; decr. n. 2362).

**16) Quatuor temporum.**

Dominicam quatuor temporum esse illam, quae Sabbatum quatuor tem-

porum immediate sequitur; non est prorsus ambigendum. n. 4146 die 31. Aug. 1743.

**17) Quinta Octobris.**

Quando October habet tantum quatuor dominicas, servetur omnino dispositio Brev. rom. et in fer. V., VI. et Sabb. hebdomadae IV. legantur lectiones de dom. V. continentis historiam martyrii ss. Machab. S. R. C. 5. Maji 1736 in *Einsidl.*

**18) SS. Trinit.**

Vd.: *SS. Trinitas* (vesp. decr. n. 4604).

**DOMINICAE.**

**1) Adventus.**

Vd.: *Commemor. in vesperis*; *SS. Trinitas* (vesp. decr. n. 4604 nota); *Patron. princip.* (transl. decr. n. 4596 nota).

**2) Post Epiphaniam.**

*Ad dubium*: Cum superest una Dominica post Epiphaniam, nec potest poni post Pentecosten, utrum, si tota hebdomada ante Septuagesimam, praeter feriam 2., quae simplex habet Officium, impediatur Officio 9 ll., poni possit in dicta fer. 2. homilia Sabbathi ante Septuagesimam? S. C. resp.: Satis esse provisum in Brev. rom. de dominicis n. 6 et per rubricam propriam positam ante dominicam 1. post octavam Epiphaniae, nempe: in casu Off. de dom. faciendum esse in primo Sabbato post Epiphaniam, festo dupl. vel semid. non impedito; alioquin, scilicet si dictum Sabb. esset impeditum, faciendum in prima die post dictam octavam, quae non reperitur impedita festo duplici; festum vero semid. in ea occurrens transferendum in primam diem similiter non impeditam. n. 3301 ad 16 die 10. Jan. 1693.

Vd.: *Dominica* (commemor. decr. n. 4175).

Disponente rubrica, quod dum in I. Dominica post octavam Epiphaniae occurrat Septuagesima, in primo Sabb. post octavam Epiphaniae non impedito festo 9 ll., alioquin prima die post octavam, fiat Officium de feria, in qua ponuntur RR. 1. n. Dominicae II. post Epiph. et tres lectiones leguntur de homilia ejusdem dominicae cum ejus Antiph. ad *Bened.* et oratione: Festum vero semid. in ea occurrens transferatur ad primam diem non impeditam. Cumque aliquibus in locis occurrat dies infra octavam s. Patroni, nec fieri possit Officium de dominica in Sabbato impedito festo 9 ll., dubium oriebatur:

1. An Officium dictae Dominicae secundae faciendum sit in supradicta die infra Octavam, sine commemoratione Octavae, sed cum precibus, suffragiis et commemoratione de Cruce, sicut fit quando in aliqua die infra Octavam occurrat Feria IV. Cinerum, et quando infra Octavam Sanctae Scholasticae et Sancti Benedicti Abbatis occurrat Dominica Quadragesimae, et in Choro recitandum sit Officium B. M. V. et Defunctorum pro prima die mensis non impedita: et in Cathedrali et Collegiatis dicendae sunt duae Missae, una pro Defunctis post Laudes, aut post Primam, altera de dicta Dominica secunda post Sextam, sine *Gloria*, sine *Credo*, et cum tribus Orationibus, prima de Dominica, secunda *Deus, qui salutat* etc., tertia *Ecclesiae, vel pro Papa*, nisi occurrat commemoratio simplicis, cum Praefatione de communi, vel de Octava, si habeat propriam; color virid.?

2. Vel faciendum Officium de dicta die infra Octavam cum nona Lectione de Homilia et commemoratione Dominicae secundae, absque precibus, suffragiis etc., Missa vero de Dominica cum commemoratione dictae infra Oc-

tavam, cum Praefatione communi vel de Octava, si habeat propriam, et in fine Benedicamus Domino; color alb.?

3. Vel faciendum Officium dictae Dominicae secundae cum commemoratione Octavae, sine precibus, suffragiis etc.

4. Vel si post Octavam Epiphaniae occurrat supradicta dies infra Octavam in una die et semiduplex in altera die, Officium Dominicae secundae reponendum in die, in qua faciendum est de die infra Octavam? vel in die, in qua occurrit semiduplex?

S. C. resp.: Ad primam ex quatuor Quaesitis dubii secundi hodie primo loco propositi: *Affirmative*.

Ad secundum et tertium: *Jam provisum in primo*.

Ad quartum: *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam*. n. 4602 die 27. Mart. 1824.

Sacerdos Cajetanus de Petra Canonicus Cath. Eccl. Platen. illiusque Calendarii Director exponit: sequenti Anno 1843 praepeditam esse Dom. II. post Epiph. a Dom. Septuag., quo casu peculiaris Rubrica praecepit Officium Dom. II. anticipandum esse Sabbato praecedenti Septuag.; quod si illud fuerit a Festo dup. praepeditum, tum hujus Dom. Officium reponendum esse prima die post Oct. Epiph. non impedita ut supra. Quoniam vero duae sunt dies post eandem Oct., in quas incidit Officium ritus semid; 14. scilicet et 16. Jan., nonnulli opinantur hac die 16. utpote Sabb. proximiori agendum esse de Dom. II., alii die 14. ad peculiaris Rubricae sensum. Quo vero quaestio omnis de medio tollatur et ipse securus incedat pro Officio praescribendo in eadem Cath., S. R. C. humillime supplicavit pro opportuna quaestionis solutione. Et S. eadem C. ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem subscripti Secretarii, om-

nibus mature consideratis, rescribendum censuit: „Juxta Brev. Rom. peculiarem Rubricam agendum esse in casu de Dom. II. post Epiph. prima die non impedita post ejusdem Oct., scilicet 14. Jan.“. Et ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4995 die 7. Decb. 1844.

#### URGELLIN.

Rector Seminarii Urgellensis ac illius Diocesis Calendarii Ordinator S. R. C. humillimis datis precibus exposuit, quod cum in Breviario de Octava Epiphaniae Domini legatur sequens Rubrica: Quando autem Septuagesima venerit in secunda Dominica post Octavam Epiphaniae, tunc in primo Sabbato post Octavam non impedito Festo Novem Lectionum, alioquin prima die post Octavam, fiat Officium de Feria, in qua ponantur Responsoria primi Nocturni Dominicae II. post Epiphaniae, et tres lectiones legantur de Homilia ejusdem Dominicae cum ejus Antiphona ad *Benedictus* et Oratione. Festum vero semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem similiter non impeditam: in praesentiarum ob elevationem ritus in Festo S. Hilarii Ep. Conf. Doct. nulla in Hispania superest dies ritus semiduplexis in praedicta hebdomada post Octavam Epiphaniae. Quibus positus Orator S. ipsam C. rogavit ut declarare dignaretur, utrum in hoc casu in primo Sabbato post Octavam Epiphaniae fieri debeat de Festo duplici occurrente cum commemoratione Dominicae II. post Epiphaniae et cum IX. Lectione de Homilia, ceu Rubrica disponit, de III., IV., V. et VI. Dom. post Epiphaniae, quando ex eis aliqua poni nequit ante Septuagesimam vel reponi post Dominicam XXIII. post Pentecosten?

Et S. eadem C. ad Quirinale hodierna die coadunata „in Ordinario

Decreta authentica.

Coetu ad relationem subscripti Secretarii respondendum censuit:

„Affirmative“ n. 5197 die 17. Sept. 1853.

#### 3) Lectiones.

Vd.: *Lectiones*.

#### 4) Quadragesimae.

Vd.: *SS. Trinitas*. (vesp., decr. n. 4604 nota).

Officia Sanctorum ad libitum sive dupl. sive semidupl., occurrentia in die, quo fieri debet officium de dominica anticipanda ante Septuag. vel ante dominicam 24. p. Pent., non sunt recitanda cum commem. dictae dominicae, neque transferenda sed potius omittenda. S. R. C. 4. Apr. 1705.

Lectiones I. n. de Exodo, quae leguntur in dom. IV. Quadrag., quoties illa sit impedita festo 1. cl., reassumendae sunt intra illam hebdomadam in festo occurrente, carente lectionibus propriis I. n., quae desumerentur de script. occurrente, si festum illud extra Quadrag. incidisset. S. R. C. 26. Novb. 1735. *In Hispanen*.

#### S. DOMINICUS.

(*Commemoratio*.)

Commemoratio de s. Dominico ex Concess. Clem. X. a Franciscanis faciendae, quando fit Officium de s. Francisco, fieri debet tantum in Off. s. Francisci, quod semel in mense ab iisdem recitatur, post alias commemoraciones. S. R. C. 27. Sept. 1698. In una Ord. Cappucc.

#### DOM. VOBISCUM.

1) Ad altare in medio Presbyterii.

Cum in Ecclesia Collegiata S. Eustachii de Urbe Altare ejusdem majus juxta formam antiquam in medio Pres-

byterii inter quatuor columnas divisum, ac disjunctum a parietibus omni in parte, nec non super nonnullis gradibus elevatum reperiatur; Celebrantes proinde, prout decebat ac in omnibus Altaribus hujusmodi qualitatum mos est, semper in eodem Populum versus et partem inferiorem Ecclesiae praedictae *Dominus vobiscum* dicere consuevere. Cumque occasione novae constructionis ejusdem Ecclesiae a solo usque ad tectum nuper constructo pariete per duos vel tres palmos circiter ab Altari praedicto distante ita inferior pars Ecclesiae praedictae perfecta remanserit, ut Christifideles Sacrum audituri omnino debeant in Presbyterio convenire; Parochus S. Eustachii praedicti S. R. C. humiliter supplicavit declarari: An a Celebrantibus in Altari majori praedicto de praesenti in casu proposito Chorum versus, et sic populum versus, vel potius partem Ecclesiae inferiorem a pariete nuper constructo prorsus perfectam, sit *Dominus vobiscum* dicendum?

Et S. eadem R. C., referente Emo. et Rmo. D. Card. de Carpineo, censuit respondendum: Chorum versus. Et ita declaravit. n. 3608 die 3. Dec. 1701.

## 2) Ad benedict. cum SSmo.

Vd.: *Minorista* (ut hebdomada.)

In festo SS. Corp. Chr. in reponendo SSmo. servandum est Caerem. Ep. Lib. II. c. XXXIII. ubi nulla fit mentio de versu „*Dom. vobiscum*.“ sed jubetur tantum post V. et R., cantari orationem. Et sic servat in Urbe SS. Dominus N., observatur ab omnibus, quidquid alii in contrarium asserant. n. 2223 ad 7 die 16. Junii 1663; n. 2752 die 28. Sept. 1675.

In benedictione SSmi. ante Orationem non debet dici: *Dominus vobiscum*.

*cum*. In festo ss. Corp. Chr. servanda est dispositio Caer. Ep. lib. II. c. 33. de reponendo SSmo. ubi nulla fit mentio de V.: *Dom. vobiscum*, non vero Rituale rom., ubi dicitur addi: *Dom. vobiscum*. Et sic servat in Urbe SS. PP. et servatur ab omnibus. n. 4299 ad 7 die 3. Mart. 1761.

*Instructio Clem.* §. XXIV. n. 22 etc. §. XXXI. n. 4 etc. 16.

## DUPLEX.

### 1) Dignitas.

Cf.: *Festum* (Dignitas); *Festum* (ind. et mut.); *Ritus Off.* (mut.); *Ritus festorum*.

Festa duplicia, quae coluntur a populo de praecepto, retinent eundem ritum, quem alias habent, seclusa hac qualitate praecepti, nec sunt duplicis majoris; qualitas festivitatis non est ratio, quod vesperae dicantur integrae de tali festo, nisi hoc festum fruatur simul qualitate vel majoris dignitatis vel altioris ritus. n. 4119 ad 3 die 2. Sept. 1741.

Usus celebrandi quam plura festa sub ritu dupl. maj. ex eo, quia sunt celebria in populo, suslineri non potest. S. R. C. 22. Aug. 1744.

### 2) Majus de praecepto.

Festum dupl. majus de praecepto est illud, in quo occurrit Officium recitandum sub ritu dupl. majori, cuique a legitimo Superiore adnexum est praeceptum audiendi Sacrum et abstinendi ab operibus servilibus. n. 4244 ad 5 die 11. Maji 1754.

### 3) Minus.

(*Commemor.*)

Vd.: *Semidupl.* (Commemor. decr. n. 4378).

### 4) Translatio.

Vd.: *Translatio festi dupl.*

## E.

### ECCE AGNUS DEI.

(*In communione Fidelium*).

Vd.: *Communio* (Qua lingua etc.)

### ECCE SACERDOS MAGNUS.

*Ad dubium*: An antiphona: „*Ecce Sacerdos magnus*“ quae dici debet ex dispositione Pontificalis rom. in ingressu et receptione Praelatorum in suis civitatibus, debeat repeti toties, quoties iidem Praelati ingrediuntur Cathedrali ad actus pontif. peragendos? S. C. resp.: Servetur consuetudo. n. 4140 ad 2 die 11. Maji 1743.

### ECCLESIA.

#### 1) Benedicta.

Missa.

In missa de Eccles. non consecrata omittitur *Parenthesis Secretae*; vd.: *Dedicatio Ecclesiarum Omn. etc.* (decr. n. 4749). *Titul. Eccl. bened.*

h) Num Officium anniv. dici potest?

Cf.: *Dedicatio Ecclesiae et dies incerta*; *Dedicatio Eccles.* (non celebranda)

*Ad dubium*: An omisso Officio Dedicacionis Cathedralis Astoricensis, possit illud Collegiatae Oppidi Villafraanca celebrari, cujus templum tantum *benedictum* esse memoria constat, cum vetus perierit igne absumptum? S. C. resp.: Negative. n. 4542 ed 6 die 30. Sept. 1817.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Capitulum, quod nullius est Diocesis, solemniter celebrare debet dumtaxat anniversariam diem Consecrationis propriae Ecclesiae, dummodo tamen indubia documenta evincant, eandem certo consecratam fuisse. Unum quippe satis est dubium, ne Officium de De-

dicacione fiat. Ita respondit S. R. C. in Alexandrina 18. Aug. 1629: *Non posse celebrari Festum Consecrationis illius Ecclesiae, quam certum est, non fuisse consecratam, imo neque si est dubium. Igitur si vel simplex dubitandi ratio satis est, ne Dedicacionis Officium recitetur, multo minus peragi Anniversarium poterit, si certum est, Ecclesiam simplici Benedictione, non autem Pontificalibus ad divinum cultum et Sacrorum usum fuisse deputatam. Ad rem facit alterum Decretum in Taurinen die 21. Martii 1795 scilicet: non debere Officium peragi Dedicacionis propriae Ecclesiae, quae non est consecrata. Neque prodest, quod nova Ecclesia suffecta fuerit Templo solemniter ritu consecrato, sed igne consumpto: Etenim recolenda non est memoria Dedicacionis illius Ecclesiae, quae vel amplius non extat, vel temporis injuria ob aliquod infortunium magna in parte dejecta aut consumpta, consecrationis decus amisit. Videri possunt Decreta in una Hollandiae 2. Julii 1685, et in alia Nullius Balneariae 15. Sept. 1815, ac praeterea *Cavalerius* tom. 1. cap. 1. Decret. 4. circa finem, et *Tetamus* in Appendice ad Diarium cap. 4. num. 5.*

#### 2) Benedictio.

Vd.: *Benedictio Oratorii et Ecclesiae*; *Benedictio* (delegatio, decr. n. 4307).

#### 3) Cathedralis.

Clerus ejusdem Ecclesiae, vd.: *Clerus Ecclesiae Cathedr.*; *Patron.*, *Titul. Cath.*

#### 4) Collegiata.

(*Erectio et Confirmatio*.)

Vd.: *Canonici Ecclesiae Collegiatae* (Erectio etc.)